crispantur; Nulla bacca· nullus auri circulus fertur;
Sordent enim humana· ubi diuina pensantur; Docente
apostolo· Hec omnia· tamquam stercora arbitratus sum·
ut xpm lucrifacerem· Incedunt nitide· flagrantes cra
pula castitatis· Incedunt· diuinis ornamentorum re
dimite muneribus; Pectora sunt psalmorum referta
diuitiis; Nulla nox uigiliarum est· inqua talis gemma
non micet; Nullus religionis est locus· inquo non splen
deat tale sacramentum; Gaudium sanctorum est· turba castorum;
Inuitatio potestatum est· uiduarum & continentium mul
titudo· Hinc senum lacrime· & gaudia mixta funduntur·
hinc uota matrum· Infantium quoque animos· gaudia ista
pertemptent· Hinc denique· totius populi· circa ma
iestatem uestram· unus affectus· ·IIII·

et sancti quibus occurrimus

Miseremini igitur· miseremini; Habetis quid agnoscatis·
Confitemur dominum patrem· confitemur dominum filium· confi
temur sanctum spiritum dominum; Confitemur· quia tres unum sunt;
Unum dixi· quia ex uno; sicut filius de patre· ita pater
in filio· sanctus spiritus uero de patre & filio· Ita pater & filius
in spiritu sancto; Una deitas· una substantia· quia unum prin
cipium· & una perpetuitas· siue ante omnia· siue per quem